



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 106. Pax inter Ludovicum XII. & Neapolis Regem Venetorum opera
conciliata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CVI.

Pax inter Ludovicum XII. & Neapolis Regem Venetorum opera conciliata.

Sæcul. XV.

A.C. 1501.

Interea Neapolitani Regni expugnatio distentos tenebat Gallorum animos, major tamen, ac inchoato Ludovici XII. regimine rei exequendæ difficultas obstabat; Venetos enim Fridericus ad suas partes pertrahebat, atque illi eo rem adducebant, ut utrique litigantium parti concordiaë pacta præscriberent. Ergo hunc in modum foedera fuere sancita I. Fridericus Galliarum Regis tributarius sit. II. Quinque aureorum millia quotannis pendat. III. Tarentinum cedat Principatum, nec non tres quatuorve portus ad instruendam contra Turcas classem idoneos tradat, ut ad eos instante necessitate navigiis securus pateret aditus. Annuit Fridericus Veneti Senatus consiliis, non tamen eadem facilitate Galli acquiescere; sanior enim Regii Senatus pars ejusmodi concordiaë vehementer oblectabatur, prævalebatque illius sententia; unde soluto pacis negotio, Fridericus cum Imperatore fædus pacisci fatagebat.